

# **Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 23. De exemplo Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](#)

Martius.

verbis homo iste rationem erueret valde potentem, se purgandi, & judicem suum arguendi.

*Statue sequi consilium Danielis, & peccata tua eleemosynis redimere.*

Concluse eleemosynam in corde pauperis: hæc pro te exorabit. *Eccli 29. v. 15.*

Date omnibus, ne, cuj non dederitis, ipse sit Christus. *Aug. Homil. 39.*

## DIES XXIII.

## De Exemplo Christi.

## I.

**E**xemplum ingenti potestate in animos nostros pollet: at Exemplum viri cuiusdam magni, puta Regis, longè majus apud nos pondus habet. Amor nostri ipsorum hac in re cum ratione nostra ex compacto ad id nos animat: omnes enim naturæ impulsu magni esse cupimus, nosque magnos fieri arbitramur, si Reges imitemur, qui sublimitatis principia sunt. *anne Christo major invenitur, qui non modò Rex, sed Rex Regum est?* quām gloriosum igitur nobis est, ipsum sequi? si ambitione duceris, ad hanc gloriam tibi intendum, quæ non solum legitima, sed &

san-

sancta est. Omnis alia ambitio, dum e- Martius.  
vehere te videtur, deprimit, quia culpæ  
reum te reddit; hæc autem deprimendo te  
evehit, quia sanctum efficit-

II. Itaque Christus Rex noster est; & qui-  
dem Rex justus, Rex magnus, Rex bonus.  
Rex justus est; quod regia ipsius Dignitas  
omnibus, iisque justissimis titulis nitatur.  
Primus est ejus Nativitas: natus est enim  
Homo-Deus, & idcirco Dominus universi.  
Secundus, res bello partæ: is enim nos sibi  
comparavit, dum è diaboli Tyrannide,  
& quidem sanguinis sui pretio nos eripuit.  
Tertius est Electio: nos enim ipsum nobis  
in Baptismo Regem elegimus, & omnibus  
ejusdem hostibus renuntiavimus. Pos-  
sumusne illæsa justitia clientelare obse-  
quium Regi tam justo negare? unicum,  
quod exigit, obsequium est imitatio virtu-  
tum suarum. Est Rex magnus, quia Ho-  
mo-Deus est, qui in se comprehendit om-  
nes excellentias, & perfectiones divinas,  
& humanas, omnique in terra, Cæloque po-  
testate pollet. Habemusne breviorem  
juxta, ac tutiorem ad sublimia pertingendi  
viam, quam, si ipsum sequamur? Rex bo-  
nus est: an nobis accidere difficile potest  
eum imitari? an non potius in hoc omnem  
nostram statuere oblectationem debemus?

R 2      III. Quan-

Martius.

III. Quanto nobis honori est tantum habere Regem? sed & quanto ipsi, nobisque dedecori est, si eundem sequi erubescamus? quām beati sumus, quod habemus tam bonum Regem? quām ē contrario infelices, si commodis, quae eum imitando consequi possumus, nos ipsos privemus? si Rex aliquis in bello discriminī cūjdam se committit, vel opus paulò humilius in se suscipit, nemo eorum, qui aliquid animi habent, est, qui in hoc discriminē ipsum sequi detrectet: nec ullus inventur optimatum, qui nimium sibi viles cere videatur, dum id facit, quod à Rege fieri cernit; Regis Exemplum actionem hanc praeclaram reddit. Quid? Rex aliquis, qui Deo comparatus nihil est, difficultatem, vilitatēmque, quae certis actionibus affixa esse videtur, eis adimere, imo & eas reddere gloriosas potest? & Exemplum Christi, quem Regem nostrum agnoscimus, quem, ut Deum nostrum adoramus, eandem in nos potestatem non habebit? ubi est fides nostra?

*Submittamus nos Christo velut Regi nostro, nobisque persuadeamus, præcipuum officium, quod à nobis exigit, esse, ipsum imitari.*

*Magister, sequar te, quocunque ieris.*  
Matt. 6, 8. v. 19.

Sis

Sit tibi via ille , qui tibi pro te factus est Martius.  
via, ut te perducat ad se , per se. Aug. in  
Psalm. 90.

---

## DIES XXIV.

### De motivis Humilitatis.

#### I.

**G**randia invenimus , submissè nos gerendi incitamenta , sive præterita , sive futura spectemus. Ad præterita quod attinet , quænam est origo nostra ? nihilum, è quo eruti fuimus, peccatum, in quo concepti fuimus : sed id , quod majorem nobis demissionis ansam præbet , est peccatorum , quæ commisimus , multitudo. Peccavi. Heu me ! ingens sanè me deprimendi causa! infinitam Dei Majestatem contempsi ; an non propterea contemptu infinito dignus sum ? peccavi itaque , infernum promeritus sum; contemptus , & horroris omnium Creaturarum, opprobrij, & ludibrij dæmonum scopus esse deberem. Et superbire audeo ? peccavi ; certum est , me plura peccata mortifera perpetrâsse: sed , an ea mihi remissa sint , ignoro : dubitare non possum, quin inferorum tormenta fuerim meritus ; sed ignoro , an non ea etiam in-

R 3

num